



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

De recessu à sepulchro. Capvt XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

& expiā ream vitijsq; obnoxiam vitam meam  
 O Rex regum & Domine dominorum, quā  
 miserandum in modum animæ meæ obtu-  
 bus hīc te extinctum iacere conspicio? præ-  
 mihi, vt sicut nūc anima mea te abiectum  
 dolore & laments amplectitur: ita tu eam  
 tua æternitate cum gaudio amplexeris.

*De recessu à sepulchro.*

CAPVT XX.

**M**IN Obsecro Domina Mater, benigni-  
 sima virgo Maria, iam nunc finem in-  
 ponas dolori tuo & tristi huic sermone  
 paucisque referas, quo modo discesseris à dila-  
 tissimo filio tuo. VIRGO MARIA RE-  
 PONDET: Id sane videre & audire, miserum  
 erat. Tolerabilia tamen erant omnia, quan-  
 diu licebat filij præsentia perfrui. At vbi illius  
 mortuum à præmortuo pectore meo atque ex  
 vlnis meis appressum vultui meo abstraxerunt  
 ac supultrā tradiderunt, credi vix possit, quā  
 lamentabiles tum gemitus dederim, & quā  
 miserè me habuerim, quid item calamitatis &  
 angustię persenserim, atque alij etiam in me  
 perspexerint, cum ab illo esset discedendum. Es-  
 nim uerò separatio illa, qua ab vnigenito meo  
 iam sepulto diuellebar, non aliter quā mortui  
 ipsa meum cruciabat animum. Ibam inter eos-  
 rum manus, qui me deducebant, modo misere-  
 rabili: quippe quæ omni eram consolatione  
 priuata. Animus meus miro dilecti filij cruciaba-  
 tur desiderio: tota spes mea in illo vno col-  
 locata

Christi & Ma-  
 riz separatio  
 qualis.



locata erat. Denique donec esset in monumento reconditus, sola ego inter mortales omnes integram illi fidem & synceram amicitiam præstiti.

MIN. Iure igitur Domina Mater, virgo sacratissima, te salutant corda omnia, & linguarum omnes laudibus vehunt: quandoquidem quicquid in nos beneficij conferre voluit benignitas DEI, per tuas in nos manus derivatum est. Tu post Filium initium es & medium, tu quoque finis eris. Ecce Domina mea dulcissima, admo-neo te hodie tristissimæ illius separationis, quando à filio tuo vnicè tibi charo, discedere compulsa es: precorque, tuam mihi feras opè, ut neque à te, neque ab eius gratissimo aspectu vnquam disjungar: & sicut nunc anima mea cum pia commiseratione & condolentia tibi assistit, teque intimo affectu suscipiens, in sua meditatione cum laude & gratiarum actione cupidè admodum à sepulchro filij per portas Ierusalem domum reducit: ita tu eandem animam meam in eius extrema è corpore emigratione ad illius patriam reducas, & in æterna colloces beatitudine, quæ es integerrima Mater mea, & suprema post DEVM consolatio mea. Amen.

*Vt sit discendum mori: & qua sit species mortis improvisa.*

## CAPVT XXI.

MIN. Si mihi totius orbis imperium ac dominium collatum esset, Domine IESV,  
G 5 non

Quanta Maric authoritas.

OTV

45